

E P I C E D I A

In obitum beatum
O P T I M I S E N I S
V I R I

Amplissimi nec non Ingeniosissimi,

Dn. I G N A T I I
M E U R E R I,

S. Regiæ Majestatis Svec. Typo-
graphi meritissimi,

Anno præterlapsi seculi

*M. D. LXXXIX. d. 21. Aprilis Blankenbur-
gi in Thuringia nati,*

*M. DC. LXXII. d. 26. Martij Holmiæ dena-
ti, ac d. 3. Maij ejusdem anni in æde Jaco-
bea solemniter tumulati,*

â

COLLEGIS Scholæ Teut: Holm:
conscripta,

VASA MANNA DEI

excipientia: GOMOR, PAPHYRUS, TYPOGRAPHIA,

Ad Nobilissimum Dn.

JOACHIMUM STROPPE,



1.
Lim obsoleti tempore Fœderis
Largo pluebat MANN coriandreum
Imbre Israëli, Jova semen
Prendere vase jubet GOMORO.

2.

Gnato DEUS cum sterneret orbitam,
Et dogma culmo truderet ubere,
Orbimaligno crescere escam
Jusserat innumeris aristis.

3.

Clamant potentes coelica Apostoli, &
Patres salutis dogmata conferunt;
Lutherus hydram sternit, atq;
Jubila Christicolis reportat.

4.

Pluunt serenis imbribus undiq;
Noctes: Juventa Evangelium docet:
Mysteria foemella versat;
Cespite MANN legitur JEHOVÆ.

5. Ast

5.
Ast jacta vasis femina queis DEI
Ponentur? Orbi quisve volumina
Immensa pandet? Pellibus non
Pergama sufficient parandis.

6.
Blandis rogantur lintea fistulis,
Et Coa linum prodiga suggerit:
Tusis paratur charta, vase,
Pultibus, arte novâ nitetque.

7.
NILO papyrus nunc sua temnitur,
Et obsolescunt Pergama limpida;
Europa chartis gloriosa
Incubat ac resonat politis.

8.
Cadmea tandem progenies rudi
Surgit metallo: littera funditur,
Et exarato collocata
Ordine verba typis resultant.

9.
O te beatum ter quater, & pium!
Mourere, doctum cui genus Artium
Placebat, omnem dedicasti
Huic operi facilis juventam,

10.
Typos premebas: te ex
Nunc cippus; astris aff
Salvator auget
Charta typis resona

M. JOHAN

PROBLEM

An Fata Senum

rat

E Mryo, aut
Mox & invi
Sera num m

Mare prognatum

Quis novercant

Subdet, ac omni

Non lenex duces

Plus satur. Tade

10.

Typos premēbas: te exanimū premit
Nunc cippus; astris aſt animam tuus
Salvator auget. Facta claris
Charta typis reſonans loquetur.

Memoriæ piè defuncti ſenis
F.

M. JOHANNES HERBINIUS,
RECTOR.

PROBLEMA FUNEBRE.

*An Fata Senum Infantumq; deplo-
randa ſint?*

EMbryo, aut infans utero ſolutus,
Mox & inviſis tenebris opertus?
Sera num mœſtis tremulæ ſenectæ
Funera flenda?

Matre prognatum rudis haud malorum
Quis novercanti innocuum momento
Subdet, ac omni lachrymas jubebit
Fundere vita?

Non ſenex ducet gemitus, malorum
Plus ſatur. Tædet ſuperelle vivum!

Verte clepsydræ, Libitina, fessam et
Corpore mentem
Solve: non Soles mihi jam serenant,
Nec placet lucrum vetulæ diei.
O malis fractam cito, CHRISTE clemens,
Tolle senectam.
Summa quam vitæ brevis & maligna est!
Cogitat Fastos juvenis perennes;
Atra jam te nox premet, atq; manes
Fabula finget.

Victor emensi spatii, dierum
Dives, annosis meritis gravisq;
Sorte MEURERUS meliore linquit
Fragmina Mundi.
Gratulor longæ tibi secla vitæ!
Gratulor famam meritis decoram!
Gratulor mortem senio beatam!
Gratulor astra!

*Honorificæ Beati Senis Memoræ erga Super-
stites officiosus adjicieb.*

JACOBUS GIESEUS,
ConRector.

MANES BEATI
IGNATIANI.

Qui sua pro nostro lachrymis rigat ora sepul-
Ignarus vitæ debuit esse meæ. (chro,
Jova dedit vitam, sed vitæ tempora dura;
Gaudia & obfuscat nubila nostra dies.
Nunc rapuit vitam, & vitam mihi restituit, mors;
Vita fuit mihi mors, mors mihi vita fuit.
Namq; sub hoc tantum tumulo sunt ossa cinisq;,
Cætera sed superas jam petière domos,
Sat vixit, qui morte sua sic movit amicos,
Ut quivis possit dicere, faustus obit.
Quisquis es, æterni sapiens memor esto futuri,
Orbis te ludit, sed beat Orbe Deus.

*Johannes Stockmannus,
Cantor.*

Non mortale fuit, quod tu mortalis amasti:
Non affixa solo mens Tua, Amice, fuit.
Immundi mundi Tibi sordebant bona cuncta;
Summa Tuæ Jesus prosperitatis erat.

O men-

O mentem diam! jesus est summa bonorum,
Perpetuis fruitur quo sine nemo bonis.
Haftenus optatum Jesum nunc cernis in alto,
Et frueris summi perpete sorte Poni.
Sic cujus jesus in terris summa salutis,
Perpes eum in coelis Vita salusq; manet.

C. A. Z.



Erster B
Schul
Der Edlichen /
Der
Wohle Ehrenweisen
Wol
S. Ignat
Ihrer Königl. Ma
Gron Schweden von
1671 / 1672
Königl. Haupt
e
Welcher im Jahr
April zu Blankenb
Schwarzenburg geleg
sich Eltern erzeuget
1671. Den 26. März
den 6. Jun (suffr und
die Welt gelebet hat 33. Jah
be wüchsenem Körper abe
Gorach nach / bey Ansehen
nach S. Jacobi Bischof
der Kap. Bamme
zur Erben
Gedruckt zu E